UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

### Cicero, Marcus Tullius

### Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma

M.T.Ciceronis epistolarvm ad.T.Pomponivm Atticvm
liber septimvs.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

## M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER SEPTIMVS.

### T.P.ATTICO.

DEDERAM equidē L.Saufeio literas,& dederā ad te vnū,ꝙ cū nō eſſet tēporis mihi ad ſcribendū ſatis,tamē hominē tibi tā familiarē ſine meis literis ad te venire nolebam:ſed,vt philoſophi ambulāt, has tibi redditū iri putabā prius.Sin autem illas accepiſti, ſcis me Athenas veniſſe pridie Id.Octob.E naui egreſſum in Piręeum,tuas ab Acaſto noſtro literas accepiſſe cōturbatum,ꝙ cū febre Romā veniſſes:bono tamē animo eſſe cœpiſſe, ꝙ Acaſtus ea q̄ vellē de alleuato corpore tuo nūciaret.Cohorruiſſe aūt me,qđ tuę literę de legionibus Cęſaris afferrēt:& egiſſe tecū,vt videres,ne qd φιλοτιμία, eius quē noſti,nobis noceret,& de quo iāpridē ad te ſcripſerā. Turannius autē ſecus tibi Brūduſii dixerat,qđ ex his literis cognoui, quas a Zenone optimo viro accepi.Cur fratrē Prouincię nō p̄feciſſem,expoſui breuiter.Hęc fere ſunt ī illa epiſtola,nūc audi reliqua.Per fortunas, oēm tuū amorē,quo me es amplexus, omnemq; tuā prudentiam,quā mehercule in omni genere iudico ſingularē,cōfer te ad eam curam,vt de omni ſtatu meo cogites.Videre enim mihi videor tantā dimicationē,niſi idē deus,qui nos melius,q̄ optare auderemus, Parthico bello liberauit,reſpexerit remp.quanta nunq̄ fuit.Age hoc malū,qđ mihi commune eſt cū omnibus,nihil tibi mando vt de eo cogites.Illud meū propriū πρόβλημα quęſo ſuſcipe.Vides ne, vt te auctore ſim vtrūq; cōplexus, Pompeium,& Cęſarem?At vellem a principio te audiſſe amiciſſime admonentem. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ σήθεσιν ἔπειθε πατρίδος.ſed aliquādo tū pſuaſiſti,vt alterū cōplecterer,qa de me erat optime meritus:alterum,quia tantum valebat.Feci igitur,itaq; effeci omni obſequio, vt neutri illorum qſq̄ eſſet me charior.Hęc enim cogitabamus,nec mihi iuncto cum Pompeio fore neceſſe peccare in rēp.aliquando:nec cum Pompeio ſentienti,pugnandum eſſe cum Cęſare.tanta erat coniūctio illorum.Nunc autem impendet,vt & tu oſtendis,& ego video, ſumma inter eos contentio:me autem vterq; numerat ſuum,niſi forte ſimulat alter.nā Pompeius non dubitat(vere enim iudicat)ea,quę de rep.nūc ſentiat,mihi valde probari. Vtriuſq; autem accepi eiuſmodi literas eodem tempore,quo tuas,vt neuter quenq̄ omniū pluris facere,q̄ me videretur.Verū quid agam nō quęro.Si enim caſtris res geretur, video cū altero vinci ſatius eſſe,q̄ cum altero vincere.Sed illa,quæ tum agentur cum venero , ne ratio abſentis habeatur,vt exercitum dimittat, dic Marce Tulli . Quid dicam? Expecta amabo te,dum Atticum conueniam.Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarem. Vbi ſunt illæ denſæ dexteræ? nam vt illi hoc liceret,adiui rogatus ab ipſo Rauennæ de Cælio Trib. Pleb . ab ipſo etiam Cn.noſtro in illo diuino tertio conſulatu.aliter ſenſero, αἰδέομαι non Pompeium modo,ſed Τρῶας , καὶ Τρῳάδας. Πολυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην . Quis? Tu ipſe ſcilicet laudator & factorum,& ſcriptorū meorū.Hanc ego plagam effugi per duos ſuperiores Marcellorum conſulatus,cū eſt actum de Cęſaris Prouincia.Nunc incido in diſcrimem ipſum.Itaq; vt ſtultus primus ſuam ſententiā dicat,mihi valde placet,de triūpho nos moliri aliquid,extra vrbē eſſe cū iuſtiſſima cauſa.tamē dabunt operā,vt eliciant ſententiā meā.Ridebis hoc loco fortaſſe,q̄ vellem etiam nunc in Prouincia morari.Plane opus fuit,ſi hoc impendebat, etſi nil miſerius.Nam ὅλου πάρεργον,volo te hoc ſcire,omnia illa prima,quę etiam tuis literis in cælū ferebas , ἐπίκτητα, fuerūt.Q̄ non eſt facilis virtus,q̄ vero difficilis eius diuturna ſimulatio.Cū em̄ hoc rectū,& glorioſum putarē,ex annuo ſumptu,q mihi decretus eſſet,me C.Cęlio Quęſtori relinquere annuū,referre in ęrariū ad HS.M.ingemuit noſtra cohors,omne illud putans diſtribui ſibi oportere,vt ego amicior inuenirer Phrygum,& Cilicū ærariis,q̄ noſtro.ſed me nō mouerūt. nā & mea laus apud me plurimū valuit. Nec tamē qcq̄ honorifice in quēq̄ fieri potuit,qđ p̄termiſerim.Sed hęc fuerit,vt ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis.Tu autē de noſtro ſtatu cogitabis.Primū quo artificio tueamur beneuolentiā Cęſaris:deinde de ipſo triūpho,quē video,niſi Reip.tēpora impediēt,εὐπόριστον. Iudico autē cū ex literis amicorū,tū ex ſupplicatione,quā qui nō decreuit,quaſi oēis decreuiſſet triūphos.Ei porro aſſenſus eſt vnus familiaris me⁹ Fauonius,alter iratus Hircius.Ca

Alleuatum corpus.

Virtutis ſimulatio.

to autē & ſcribēdo affuit,& ad me de ſentētia ſua iucūdiſſimas literas miſit.Sed tamē gra-
tulans mihi Cęſar de ſupplicatione,triūphat de ſentētia Catonis,nec ſcribit qd illi ſentētiæ
dixerit,ſed tamē ſupplicationē eū mihi nō decreuiſſe.Redeo ad Hirciū.Cœperas eū mihi pla
care.Perfice,habes Scrofam,habes Syluiū.ad eos ego etiā ſcripſi,& ad ipſum Hirciū.Locut⁹
eṁ erat cū iis,cōmoda ſe potuiſſe impedire,ſed noluiſſe.Aſſenſum tamē eſſe Catoni amiciſſi
mo meo,cū is honorificentiſſimā in me ſententiā dixiſſet:nec me ad ſe vllas literas miſiſſe,cū
ad omneis mitterē. Verū dicebat.Ad eū eṁ ſolū,& ad Caſſii fidē nō ſcripſerā. Atq; hæc de
rebus forēſibus. Redeamus domum,diiūgere me ab illo volo. Mirus eſt φυράτης germanus
Lartidius ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι, ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.reliqua expediamus.Hoc primū,ꝙ ac
ceſſit cura dolori meo.Sed hoc tamē qcqd eſt,Precianū cū his rationibus,quas ille meas tra
ctat,admiſceri nolo.Scripſi ad Terētiā,ſcripſi etiā ad ipſum me,qcqd poſſet nūmorū ad appa
ratum ſperati triūphi ad te redacturū.Ita puto fore,verū vt videbit̄.Hāc quoq; ſuſcipe cu-
ram,quemadmodum experiamur.Id tu & oſtendiſti quibuſdam literis ex Epeiro & Athenis
datis,& in eo ego te adiuuabo.Vale.

T.P.ATTICO.

BRundusium venimus. VII.Cal.Decēb.vſi tua felicitate nauigandi.Ita belle
nobis flauit ab Epeiro leniſſimus Auſter,& mitis.Hunc σπουδάζοντα ſi cui
voles τῶν νεωτέρων pro tuo vendito.Inualetudo tua me valde conturbat. Inualetudo.
Significant enim tuę literę te prorſus laborare.Ego autem cum ſciam q̄ ſis
fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor,quod te cogat cedere,& prope-
modum infringat.Etſi alterā quartanā Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſ
ſe,& alterā leuiorē accedere.Terētia vero,q̄ qdē eodē tēpore ad portā Brūduſinā venit quo
ego in portū,mihiq; obuia in foro fuit,L.Pontinū ſibi in Trebulano dixiſſe narrabat,etiā iā
deceſſiſſe.Qđ ſi ita eſt,qđ maxime mehercule opto,id ſpero tua prudētia,& tēperātia te con
ſecutū. Venio ad epiſtolas tuas,quas ego ſexcētas vno tēpore accepi aliā alia iucundiorē,q̄ Sexcentas.
qdē erāt tua manu.Nā Alexidis manū amabā,ꝙ tā ꝓpe accedebat ad ſimilitudinē tuę literę: Alex. manus.
manum nō amabā,qa indicabat te non valere.Cuius quoniā mentio iā facta eſt,Tironē Pa-
tris ęgrum reliqui,adoleſcentē vt noſti,& adde ſi quid vis,probū.nihil vidi melius.itaq; ca Litera.
reo ęgre.q̄ q̄ videbat̄ ſe non grauiter habere,tamē ſum ſollicitus,maximamq; ſpem habeo in
M.Curii diligentia,de qua ad me ſcripſit Tiro,& multi nunciarūt.Curius autē ipſe ſenſit,
q̄ tu velles a me diligi,& eo ſum admodum delectatus:& mehercule eſt,quem facile diligas.
αὐτόχθων in homine vrbanitas.Eius teſtamētū de Tortorio Ciceronū ſignis obſignatum,co
hortiſq; prętorię,fecit palam te ex Libella,me ex Teruncia Corcyrę.Alexion me opipare mu
neratus eſt. Quint.Ciceroni obſiſti nō potuit,quo minus Thyamim videret.Filiola tua te
delectari lętor,& ꝓbari tibi στοργὴν φυσικὴν eſſe πρὸς τὰ τέκνα. Etenim ſi hęc nō eſt,nulla
poteſt hoī eſſe ad hominē naturę adiūctio:qua ſublata, vitę ſocietas tollit̄.Bene cōueniat,in
quit Carneades.ſpurce,ſed tamē prudētius,q̄ Lucius noſter,& Patron,q,cū oīa ad ſe referāt,
quicq̄ alterius cauſa fieri nō putēt:& cū ea re bonū virum oportere eſſe dicāt,ne malum ha
beat,non quo id natura rectū ſit,non intelligūt ſe de callido hoīe loq,nō de bono viro. Sed
hęc opinor ſunt ī his libris,quos tu laudādo,aīos mihi addidiſti.Redeo ad rē.quō expectabā
epiſtolā,quā Philoxeno dediſſes(ſcripſeras.n.eā eſſe de ſermōe Pōpeii Neapolitano)eā mihi
Patro Brunduſii reddidit.Corcyrę,vt opinor, acceperat.nihil potuit eſſe iucūdius.Erat eṁ
de Repu.de opinione,quā is vir haberet integritatis meę:de beneuolētia,quā oſtēdit eo ſer
mone,quē habuit de triūpho.Sed tamē hoc iucūdiſſimū,ꝙ te intellexi ad eū veniſſe,vt eius
animū erga me ꝑſpiceres.hoc mihi inquā accidit iucūdiſſimū.De triūpho autē nulla me cu
piditas vnq̄ tenuit ante Bibuli impudētiſſimas literas:quas ampliſſime ſupplicatio conſecu
ta ē.A quo ſi ea geſta ſunt,q̄ ſcripſit,gauderē,& honori fauerē.Nūc illū q pedē porta,quoad
hoſtis cis Euphratē fuit,nō extulerit,honore augeri,me in cuius exercitu ſpē illius exercit⁹
habuit,idē nō aſſequi,dedecus eſt noſtrū,noſtrū inquā te cōiūgēs.Itaq; oīa experiar,& vt ſpe
ro,aſſequar.Qꝫ ſi tu valeres,iā mihi quędā explorata eſſent:ſed vt ſpero,valebis.De Randu
ſculo Numeriano multū te amo.Hortēſius qd egerit,aueo ſcire.Cato qd agat,q dū qdem in
me turpiter fuit maleuolus,dedit integritatis,iuſtitię,clementię,fidei mihi teſtimonium,qđ
non quęrebam:qđ poſtulabam,negauit.Id itaq; Cęſar his literis,quibus mihi gratulatur, &
oīa pollicet̄,quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi iniuria! At hic idē Bibulo.DXX.

Ignoſce mihi,non poſſum hęc ferre,nec ferã.Cupio ad omneis tuas epiſtolas,ſed nihil neceſ
ſe.Seſtię em̃ te videbo.Illud tamẽ de Chryſippo:nã de altero illo minus ſum admiratus opę
rario homine,ſed tamẽ ne illo quidẽ quicq̃ improbius. Chryſippũ vero,quem ego ꝓpter li
terularum neſcio quid,libenter vidi,in honore habui,diſcedere a puero inſciente me.Mitto
alia,quę audio multa,mitto furta,fugam nõ fero,qua mihi nihil viſum eſt ſceleratius.Itaqꝫ
vſurpaui vetus illud Druſi,vt ferunt,Pr.in eo,qui eadem liber non iuraret,me iſtos liberos
non addixiſſe.pręſertim cum adeſſet nemo,a quo recte vindicarentur. Id tu , vt videbitur,
ita accipies:ego tibi aſſentiar. Vni tuę diſertiſſimę epiſtolę non reſcripſi,in qua eſt de ꝑicu
lis reip.Quid reſcriberem?valde eram ꝑturbatus,ſed vt nihil magnoꝑe metuam, Parthi
faciunt,qui reꝑente Bibulum ſemiuiuum reliquerunt. Vale.

T.P.ATTICO.

AD.VIII.Id.Decemb.Tuſculanũ veni,& ibi tuas literas legi , quas Philoti-
mus mihi reddidit.e quibus hanc primo aſꝑectu voluptatẽ cepi,ꝙ erant a
te ipſo ſcriptę.deinde earũ accuratiſſima diligẽtia ſum mirũ in modũ dele-
ctatus. Ac primũ illud,in quo de Dicæarcho mihi aſſentiri negas,etſi cupi
diſſimeexpreſſum,& exꝑetitũ a me ſit,& approbatũ a te,ne diuti⁹ anno in
Prouincia eſſem,tamẽ nõ eſt noſtra cõtẽtione pfectũ.Sic em̃ ſcito, verbũ in
Senatu factũ eſſe nunq̃ de vllo noſtrũ,qui Prouincias obtinuimus,quo in his diutius , q̃ ex
S.C.maneremus:vt iã ne iſtius quidẽ rei culpã ſuſtineã,quo minus diu fuerim in Prouincia
q̃ fortaſſe fuerit vtile.Sed qd ſi hoc meli⁹?opportune dici videt̃,vt in hoc ipſo.Siue.n.ad cõ
cordiã res adduci põt,ſiue ad bonorũ victoriã,vtriuſuis rei me aut adiutorẽ velim eſſe, aut
certe nõ exꝑtẽ. Sin vincunt̃ boni,vbicũqꝫ eſſem vna cũ iis victus eſſem.Quare celeritas nr̃i
reditus ἀμεταμέλητος debet eſſe.Qꝫ ſi iſta nobis cogitatio de triũpho iniecta non eſſet,quã
tu quoqꝫ approbas, nę tu haud multũ requireres illũ virũ,q in ſexto libro informatus eſt.
Deuoraſti libros. Quid em̃ tibi faciam,q illos libros deuoraſti?quin nũc ipſum nõ dubitabo rẽ tantã abiicere,
ſi id erit rectius.vtrũqꝫ vero ſimul agi nõ poteſt,& de triũpho ambitioſe,& de Repu.libere.
Sed ne dubitaris,quin qđ honeſtius,id mihi futurũ ſit antiquius. Nã qđ putas vtilius eſſe
vel mihi,ꝙ tutius ſit,vel etiam vt reip.prodeſſe poſſim,me eſſe cum imꝑio,id coram con-
ſiderabimus quale ſit.Habet enim res deliberationem, etſi ex parte magna tibi aſſentior. De
animo autem meo erga Remp.bene facis ꝙ non dubitas,& illud probe iudicas, nequaq̃ ſa-
tis pro meis officiis,pro ipſius in alios effuſione,illum in me liberalem fuiſſe:eiuſqꝫ rei cau-
ſam vere explicas,& eis,quę de Fabio,Caninioqꝫ acta ſcribis,valde cõſentiũt.Quę ſi ſecus eſ
ſent,totũqꝫ ſe ille in me profudiſſet,tamẽ illa,quam ſcribis,cuſtos vrbis me pręclarę inſcri-
ptionis memorẽ eſſe cogeret,nec mihi concederet,vt imitarer Volcatiũ,aut Seruiũ,quibus
tu es contẽtus,ſed aliquid nos vellet nobis dignũ & ſentire,& defendere.qđ quidẽ agerẽ , ſi
liceret alio modo,ac nunc agendũ eſt.De ſua potentia dimicãt homines hoc tẽpore ꝑicu-
lo ciuitatis.nam ſi Reſp.defendit̃,cur ea COS.iſto ipſo defenſa nõ eſt?Cur ego,in cuius cau-
ſa reip.ſalus conſiſtebat,defenſus poſtero anno nõ ſum?cur imꝑiũ illi?aut cur illo modo ꝓ
rogatũ eſt?cur tantoꝑe pugnatũ eſt,vt de eius abſentis ratione habẽda decẽ Tri.Pl.ferrẽt?
His ille rebus ita cõualuit,vt nũc in vno ciue Reſp.ad reſiſtendũ imbecilla ſit:quę mallẽ tan-
tas ei vires non dediſſet,q̃ nunc tã valenti reſiſteret.Sed quoniã res eo deducta eſt,non quæ
ram,vt ſcribis , τὸ σκάφος τῶν ἀτρειδῶν. Mihi σκάφος vnũ erit,qđ a Põꝑeio gubernabit̃. Il
lud ipſum qđ ais,qd fiet dũ erit dictũ?Dic Mar.Tulli σύντομα. Põꝑeio aſſentior,ipſum tñ
Põꝑeiũ ſeparatim ad cõcordiã hortabor.Sic em̃ ſentio,maximo in ꝑiculo rẽ eſſe. Vos ſcilicet
plura,q in vrbe eſtis. Verũtamẽ hoc iudico,cũ hoĩe audaciſſimo,paratiſſimoqꝫ negotiũ eſſe.
Oẽis damnatos,oẽis ignominia affectos,oẽis dãnatiõe,ignominiaqꝫ dignos,illic facere : oẽm
fere iuuẽtutẽ,oẽm illã vrbanã,ac ꝑditã plebẽ:Tribunos valẽteis addito C.Caſſio, oẽis q ære
alieno ꝓmant̃:quos plureis eſſe intelligo,q̃ putarã.Cauſam ſola illa cauſa non habet,cęteris
Bellorũ exitus incerti. rebus abũdat.ſic oĩa facere oĩs debet,ne armis decernat̃:quorũ exitus ſemꝑ incerti, nũc ve-
ro in alterã partẽ magis timẽdi.Bibulus de Prouincia deceſſit,Valẽtonẽ ꝓfecit:in decedẽdo
erit,vt audio,tardior:quẽ cũ ornauit Cato,declarauit iis ſe ſolis nõ inuidere,qb⁹ nihil,aut
nõ multũ ad dignitatẽ poſſet accedere.Nũc venio ad priuata. Fere.n.reſpõdi tuis literis de
rep.& iis,quas in ſuburbano,& iis,quas poſtea ſcripſiſti.Ad priuata venio.vnũ etiã de Cęlio.
Tãtũ abeſt,vt ille meã ſentẽtiã moueat,vt valde ego, ipſi ꝙ de ſua ſentẽtia deceſſerit,pœnitẽ

dũ putẽ. Sed quid eſt ꝙ cũcti Luceiis ſint addicti? Hoc ꝑtermiſiſti, miror. De Philotimo faciã
equidẽ vt mones, ſed ego mihi ab illo nõ rationes expectabã, quas tibi edidit. Verum id reli
quũ, qđ ipſe in Tuſculano me referre in cõmentariũ mea manu voluit, qđq; idẽ in Aſia mihi
ſua manu ſcriptũ dedit. Id ſi ꝑſtaret, quãtũ mihi æris alieni eſſe ibi edidit, tantũ, & plus etiã,
ipſe mihi deberet. Sed ĩ hoc genere, ſi modo ꝑ rẽp. licebit, nõ accuſabimur. Poſthac neq; Her
cule antea negligẽtes fuimus, ſed amicoꝝ multitudine occupati. Ergo vtemur, vt polliceris,
& opa, & cõſilio tuo, nec tibi erimus, vt ſpero, in eo moleſti. De Serperaſtris cohortis meę, ni
hil eſt q̃d doleas. Ipſi. n. ſe collegerũt admiratione vitæ integritatis meę. Sed me mouerat ne- — Serpera- ſtra.
mo magis, q̃ is quẽ tu neminẽ putas. Idẽ & in initio fuerat, & nũc eſt egregius: ſed in ipſa de-
ceſſione ſignificauit ſperaſſe ſe aliquid: & id qđ animũ induxerat pauliſper, nõ tenuit, ſed cito
ad ſe rediit, meiſq; honorificẽtiſſimis erga ſe officiis victus, pluris ea duxit q̃ omnẽ pecuniã.
Ego a Curio tabulas accepi, quas mecũ porto. Hortẽſii legata cognoui. Nũc aueo ſcire quid
hoĩs ſit, & quarũ rerũ rõnẽ ĩſtituat. Neſcio. n. cur cũ portã Flumẽtanã Cælius occuparit, ego
Puteolos nõ faciã meos. Venio ad Piręea, ĩ quo magis repħẽdẽdus ſum, ꝙ hõ Roman⁹ Piręea — Piræea.
ſcripſerim, nõ Piræeũ, ſic. n. oẽs noſtri locuti ſunt, q̃ ꝙ ĩ addiderĩ. nõ. n. hoc vt oppido ꝑpoſui, — Piræeum.
ſed vt loco: & tñ Dionyſius noſter, q̃ eſt nobiſcũ, & Nicias Cous nomẽ rebãt oppidi eẽ Piræ-
ea. ſed de re videro. Noſtrũ qdẽ ſi eſt peccatũ, in eo eſt ꝙ nõ vt de oppido locutus ſum, ſed vt — Piręea
de loco, ſecutuſq; ſum nõ dico Cęciliũ, Mane vt ex portu ĩ Piræeũ, (malus. n. auctor latinita — Cęcilius.
tis eſt) ſed Terẽtiũ, cui⁹ fabellę ꝓpter elegãtiã ſermonis putabãt a C. Lælio ſcribi. Heri ali- — Terentii
quot adoleſcẽtuli coimus in Piręeũ. & idẽ. Mercator hęc addebat, captã e Sunio. ꝙ ſi oppida — elegantia.
volum⁹ eẽ, tã eſt oppidũ Suniũ, q̃ Piræeus. Sed qm̃ Grãmaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα ꝑſol-
ueris, magna me moleſtia liberaris. Ille mihi lr̃as blãdas mittit, facit idẽ ꝓ eo Balbus. mihi cer
tũ eſt ab honeſtiſſima ſentẽtia digitũ nuſq̃. ſed ſcis illi reliquũ quãtũ ſit. Putas ne igĩt verẽdũ
eẽ, ne aut obiiciat id nobis aliqs, ſi lãguidius: aut repetat, ſi fortius qđ ad hęc reperis? Soluam⁹
inqs. Age a Cælio mutuabimur: hoc tu tñ cõſideres velim. puto. n. in Senatu, ſiquãdo ꝑclare
pro rep. dixero. Tarteſiũ iſtũ tuũ mihi adeũti Vrbẽ iube Sodes nũmos curare. Qđ ſupeſt, etiã
gener eſt ſuauis mihi, Tullię, Terẽtię: quãtũ vis vel ĩgenii, vel humanitatis ſatis, reliq̃ q̃ noſti
ferẽda. Scis. n. quos apuerimus, q̃ oẽs, ꝑter de quo ꝑ te egimus, reũ me facere rentur. Ipſis. n. ex
pẽſum nemo offeret. Sed hęc corã: nã iſta mlti ſermõis ſunt. Tironis reficiẽdi, ſpes ẽ ĩ M. Cu
rio, cui ego ſcripſi tibi eũ gratiſſimũ facturũ. Vale. Data. V. Id. Decẽb. a Põtio ex Trebulano.

T. P. ATTICO.

DIonyſium flagrantẽ deſiderio tui miſi ad te, nec mehercule æquo animo, ſed
fuit concedẽdũ. Quem quidẽ cognoui cum doctum (qđ mihi iam ante erat
notũ) tum †ſanctũ, plenũ officii, ſtudioſum etiã meæ laudis, frugi hominẽ, — †ſane.
ac ne libertinũ laudare videar, plane virũ bonũ. Pompeiũ vidi. IIII. Id. Decẽb.
fuimus vna horas duas fortaſſe, magna lętitia mihi viſus eſt affici meo ad
uẽtu. de triũpho hortari: ſuſcipe parteis ſuas, monere ne ante in Senatũ ac-
cederem, q̃ rem cõfeciſſem, ne dicendis ſentẽtiis aliquẽ Tribunũ alienarẽ. Quid quęris? in hoc
iudicio, & officio ſermonis nihil potuit eſſe prolixius. De Rep. aũt ita mecũ locutus eſt, qua — Prolixius.
ſi nõ dubiũ bellũ haberemus. nihil ad ſpem cõcordiæ. plane illũ ab ſe alienatũ cũ ante intelli
geret, tũ vero proxime iudicaſſe: veniſſe Hirciũ a Cæſare, q̃ eſſet illi familiariſſimus, ad ſe nõ
acceſſiſſe. Et cũ ille ad. VIII. Id. Decẽb. veſperi veniſſet, Balbus de tota re cõſtituiſſet, ad. VII.
Iduum ad Scipionẽ ante lucẽ veniſſe. multa de nocte ꝓfectũ eſſe ad Cæſarem. Hęc illi τεκμη-
ριώδης videbãt eſſe alienationis. Quid multa? nihil me aliud cõſolatur, niſi ꝙ illũ cui etiã ini-
mici alterũ conſulatũ, fortuna ſummã potentiã dederat, nõ arbitror fore tã amẽtẽ, vt hæc in
diſcrimẽ adducat. ꝙ ſi ruere cœperit, nę ego multa timeo, quæ nõ audeo ſcribere: ſed vt nũc
eſt, ad. III. Non. Ian. ad Vrbem cogito. Vale.

T. P. ATTICO.

MVltas vno tẽpore accepi epiſtolas tuas: q̃ mihi, q̃q̃ recẽtiora audiebã ex iis
qui ad me veniebãt, tamẽ erãt iucundę. Studiũ em̃, & beneuolentiam decla-
rabant. Inualetudine tua moueor: & Pyliam in idẽ genus morbi delapſam, — Inualetu- do.
curã tibi afferre maiorẽ ſentio. Date igitur operã, vt valeatis. De Tirone vi
deo tibi curę eſſe: quẽ qdẽ ego, etſi mirabilis vtilitatis fructũ mihi ꝑbet, cũ
valet in omni genere negotiorũ, vel ſtudiorũ meoꝝ: tamen propter humani

tatem,& modeſtiã,malo ſaluũ,q̃ propter vſum meũ.Philogenes mecũ nihil vnq̃ de Luſgenio
Arcanũ. locutus eſt. de cęteris rebus habes Dionyſiũ.Sororem tuã non veniſſe in Arcanũ miror. De Chryſippo meũ cõſiliũ ꝓbari tibi nõ moleſte fero.Ego ĩ Tuſculanũ. nihil ſane hoc tẽpore de uiũ eſt τοῖς ἀπαντῶσιν,& habet alia δύσχρηστα.Sed de Formiano Tarracinã prid.Cal.Ian.Inde
Natalis Cic. Põtinũ ſumã.inde Albanũ Põpeii.ita ad Vrbẽ.III.Non.Natali meo. De Rep.quotidie magis
De rep. timeo. timeo. nõ em̃ boni,vt putãt,cõſentiũt.quos ego equites Romanos,quos Senatores vidi!qui acerrime cũ cætera,tũ hoc iter Põpeii vituperarẽt. Pace opus eſt.Ex victoria cũ multa mala,
Victoriæ mala. Exiſtere. tũ certe tyrãnis exiſtet . Sed hęc propediem corã.Iã plane mihi deeſt quid ad te ſcribã. Nec em̃ de Rep.ꝙ vterq; noſtrũ ſcit eadẽ : & domeſtica nota ſunt ambobus . Reliquũ eſt iocari,ſi hic ſinat. nã ego is ſum,qui illi cõcedi putẽ vtilius eſſe qđ poſtulat,q̃ ſigna cõferri. Sero em̃
Sero. reſiſtimus ei,quẽ p annos decẽ aluimus contra nos.Quid ſentis igiť inquis! nihil ſcilicet niſi de ſentẽtia tua,nec prius qdẽ,q̃ noſtrũ negotiũ,aut cõfecerimus,aut depoſuerim⁹.Cura igiť vt valeas.Aliquãdo ἀπόξιψαι quartanã iſtã,diligentia,quæ in te ſumma eſt.

T.P.ATTICO.

PLane deeſt quid ad te ſcribam. nota oĩa tibi ſunt. nec ipſe habeo a te qd expectẽ.Tãtũ igiť noſtrũ illud ſolẽne ſeruemus,vt ne quẽ iſtuc eũtẽ ſine literis di-
Solenne noſtrum. mittamus.De Rep.valde timeo,nec adhuc fere inueni,q nõ cõcedẽdũ putaret Cæſari qđ poſtularet,potius q̃ depugnãdũ.Eſt illa qdẽ impudẽs poſtulatio opinione valẽtior.Cur aũt nũc primũ ei reſiſtamus, οὐ γὰρ ἂν τοῦδε μεῖζον ἔπριτο κακόν, q̃ cũ quinquẽniũ prorogabamus,aut cũ vt abſentis ratio haberetur,ferebamus! niſi forte hęc illi tũ arma dedimus,vt nũc cũ bene parato pugnaremus.Dices,quid tu igiť ſenſurus es! nõ idẽ qđ dicturus. ſentiã.n.oĩa faciẽda,ne armis decerteť.Dicã idẽ,qđ Põpeius.neq; id faciã humili animo.Sed rurſus hoc ꝑmagnũ Reip.malũ eſt, & quodã modo mihi præter cæteros.Non rectum me in tantis rebus a Pompeio diſſidere. Vale.

T.P.ATTICO.

DIonyſius vir optimus,vt mihi quoq; eſt ꝑſpectus,& doctiſſimus,tuiq; amãtiſſimus Romã venit.XV.Cal.Ian.& literas a te mihi reddidit.Tot em̃ ver-
†priuatius ba ſunt de Dionyſio ĩ epľa tua. Illud †peccato nõ aſcribis, & tibi gratias egit. Atq certe ille agere debuit:& ſi eſſet factũ,q̃ tua eſt humanitas,aſcripſiſſes. Mihi aũt nulla de eo παλινῳδία detur ꝓpter ſuperioris epiſtolę teſtimoniũ. Sit igiť ſane bonus vir . Hoc.n.ipm̃ bene fecit,ꝙ mihi ſui cognoſcẽdi penitus etiã iſtã facultatẽ dedit.Philogenes recte ad te ſcripſit.Curauit.n.qđ debuit.eũ ego vti ea
Pontinus. pecunia volui,quoad liceret.itaq; vſus eſt mẽſes.XIIII.Põtinũ cupio valere:& qđ ſcribis in vr-
Cõpitalitius. bẽ introiſſe, vereor qd ſit. nã id niſi graui de cauſa nõ feciſſet.Ego,qm̃.IIII.Non.Ian. Cõpitalitius dies eſt,nolo eo die ĩ Albanũ venire moleſt⁹ familię,veniã.III.Nonarũ. Igiť inde ad vr-
†λῆψις. bẽ prid.No.Tua †λῆψις,quẽ ĩ diẽ ĩcurrat,neſcio, ſed ꝓrſus te cõmoueri ĩcõmodo valetudinis tuę nolo.De honore noſtro,niſi qd occulte Cęſar p Tribunos molitus erit,cętera videnť eſſe
Aequi boni facio. tranqlla.Tranqlliſſimus aũt anim⁹ meus,q totũ iſtud ęqui boni facit,& eo magis ꝙ iã a multis audio cõſtitutũ eſſe Pompeio,& eius cõſilio,in Siciliã me mittere, ꝙ Imperiũ habeã,id eſt ἀβδηριτικόν. Nec.n.Senatus decreuit,nec populus iuſſit me Imperiũ ĩ Sicilia habere. Sin hoc reſp.ad Põpeiũ refert,q me magis q̃ priuatũ aliquẽ mittat! Itaq; ſi hoc imperiũ mihi moleſtũ erit,vtar porta q̃primũ videro.Nã qđ ſcribis,mirificã expectationẽ eſſe mei,neq; tñ quẽq̃ bonoꝝ,aut ſatis bonoꝝ dubitare qd ſenſurus ſim,ego,quos tu bonos eſſe dicas,nõ ĩtelligo.Ipſe nullos noui, ſed ita,ſi ordines bonoꝝ q̃rimus. Nã ſingulares ſunt boni viri:verũ ĩ diſſenſionibus ordines bonoꝝ,& genera q̃rẽda ſunt.Senatũ bonũ putas,p quẽ ſine Imperio Prouincię ſunt!nũq̃ em̃ Curio ſuſtinuiſſet ſi cũ eo agi cœptũ fuiſſet,quã ſentẽtiã Senatus ſequi noluit. Ex quo factũ eſt,vt Cæſari nõ ſuccedereť.An publicanos!qui nũq̃ firmi, ſed nũc Cęſari ſunt amiciſſimi.An fœneratores!an agricolas!qbus optatiſſimũ eſt otiũ.niſi eos timere putas, ne ſub Regno ſint,qđ nũq̃,dũmodo otioſi eſſent,recuſarũt.Quid ergo exercitũ retinẽtis, cũ legis diẽ tranſierit,rationẽ haberi placet!mihi vero ne abſentis qdẽ . ſed cum id datũ eſt,illud vna datũ eſt.annoꝝ em̃ decẽ imperiũ,& ita latũ placet.Placet igiť etiã me expulſum, & agrũ Campanũ periiſſe,& adoptatũ patriciũ a plebeio,Gaditanũ a Mitylenæo.Et Labieni diuitię & Lamurræ placẽt,& Balbi horti,& Tuſculanũ:ſed hoꝝ oĩm fons vnus eſt. Imbecillo reſiſtẽdũ fuit,& id erat facile.Nũc legiones.XI.equitatus tantus,quantũ volet.Tranſpadani.Plebs vr-

bañ,tot Trib.Pl.tam pdita iuuentus,tanta auctoritate Dux,tanta audacia.Cum hoc aut depugnandũ eſt,aut habenda e lege ratio.Depugna,inqs,potius,q̄ ſeruias.Vt quid? ſi victus eris,proſcribare:ſi viceris,tamen ſeruias?Quid ergo,inquis,acturus es?Idem qđ pecudes,quę diſpulſæ,ſui generis ſequuntur greges.Vt bos armenta,ſic ego bonos viros,aut eos quicunq; dicentur boni,ſequar,etiam ſi ruent. Quid ſit optimũ male contractis rebus,plane video. Nemini eſt enim exploratum,cum ad arma ventum eſt,quid futurum ſit. At illud omnib⁹: ſi boni victi ſunt,nec in cęde principum clementiorem hunc fore,q̄ Cinna fuerit:nec moderatiorem,q̄ Sulla in pecuniis locupletium. ἐμπολιτεύομαί σοι iãdudum, & facerem diutius niſi me lucerna deſereret. Ad ſummam dic M.Tulli.aſſentiar Cn. Pompeio, ideſt T.Pomponio. Alexim humaniſſimũ puerum,niſi forte,dũ ego abſum,adoleſcens factus eſt,(id enim agere videbatur) ſaluere iubeas velim.

Bos armenta.

Bellorũ exitus incerti.

Saluere iubeas.

## T.P.ATTICO.

QVid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?Suſpitionem autem eo mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat,ꝙ & tu ſoles conglutinare amicitias teſtimoniis tuis,& illum aliter cũ aliis de nobis locutum audiebam.Sed prorſus ita eſſe vt ſcribis, mihi perſuades. Itaq; ego is in illum ſum,quẽ tu me eſſe vis.Diem tuũ ego quoq; ex epiſtola quadam tua,quam incipiente febricula ſcripſeras,mihi notauerã,& animaduerterã poſſe,pro re nata,te non incommode ad me in Albanũ venire. III.Non.Ian.Sed amabo te,nihil incommodo valetudinis feceris.Quid enim tãtũ in vno,aut altero die? Dolabellã video Liuiæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente,ſed iuberi mutare nomen. eſt πολιτικὸν σκέμμα, rectũ ne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento: ſed id φιλοσοφώτερον διακρινοῦμεν, cum ſciemus,quantum quaſi ſit in trientis triente.Qđ putaſti fore,vt ante q̄ iſtuc venirem,Pompeium viderem,factum eſt ita.Nam ſexto Calen. ad Lauernium me conſecutus eſt. Vna Formias venimus, & ab hora octaua ad veſperum ſecreto collocuti ſumus.Qđ quęris,ecquę ſpes pacificationis ſit: quantum ex Pompeii multo, & accurato ſermone perſpexi,ne voluntas quidem eſt.Sic enim exiſtimat,ſi ille vel dimiſſo exercitu Cos.factus ſit,σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore:atq; etiam putat eum cũ audierit contra ſe parari diligenter,Conſulatum hoc anno neglecturum,ac potius exercitum,prouinciamq; retenturum.Sin autem ille fureret,vehementer hominem contemnebat,& ſuis,& Reip. copiis cõfidebat.Quid quęris? etſi mihi crebro ὕπνος νήδυμος occurrebat,tamen leuabar cura,virũ fortem,& peritum,& plurimum auctoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis ſimulatę periculis diſſerentem.Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam.X.Calen. Ian.in qua erat accuſatio Pompeii vſq; a toga pura : querela de damnatis: terror armorum. In quibus ille,quid cẽſes,aiebat,facturum eſſe ipſum,ſi in poſſeſſionem reip.venerit, cum hęc Quæſtor eius infirmus,& inops audeat dicere? Quid multa? non modo non expetere pacem iſtam,ſed etiam timere viſus eſt.Ex illa autem ſent[illegible] ira relinquendę vrbis mouet hominẽ, vt puto.Mihi autem illud moleſtiſſimum eſt,ꝙ ſoluendi ſunt nũmi Cæſari,& inſtrumẽtum triumphi eo conferendum.Eſt enim ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην eſſe.Sed hæc,& multa alia coram.Quotidie ne,inquis,a te accipiendæ literæ ſunt? ſi habebo,cui dem quotidie. at iam ipſe ades.Tum igitur cum venero,deſinam. Vnas video mihi a te non eſſe redditas,quas L.Quintius familiaris meus cum ferret ad Buſtum Baſilii,vulneratus,& deſpoliatus eſt.Videbis igitur nũquid fuerit in his,qđ me ſcire opus ſit. Etſi multo hoc διευκρινήσεως πρόβλημα, ſane πολιτικόν: cum ſit neceſſe aut haberi Cæſaris rationem, illo exercitum vel p Senatum,vel per Trib.Pl.obtinente:aut perſuaderi Cæſari,vt tradat prouinciam, atq; exercitum,& ita Cos.fiat.Aut ſi id ei non perſuadeatur,haberi comitia ſine illius ratione,illo patiente,atq; obtinente prouinciam:aut ſi per Trib.Pl.nõ patiatur,tamen quieſcat,rem adduci ad interregnũ.Aut ſi ob eam cauſam,ꝙ ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere. Illum autem initium facere armorum, aut ſtatim nobis minus paratis, aut tum cũ comitiis amicis eius poſtulãtibus vt e lege ratio haberetur,impetratum non ſit. Ire autẽ ad arma aut hanc vnam ob cauſam, ꝙ ratio nõ habeatur:aut addita cauſa, ſi forte Trib.Pl.Senatum impediẽs,aut populum incitans notatus,aut S.C.circũſcriptus,aut ſublatus,aut expulſus ſit, dicensve ſe expulſum ad illum cõfugerit.Suſcepto autẽ bello,aut tenẽda ſit vrbs:aut ea relicta,ille a cõmeatu,& reliquis copiis intercludendus.Quid horũ malorũ

Conglut. amicit.

Pacificatio

Quid quęris?

Concio Antonii.

Buſtum Baſilii.

Interregnũ

quorum aliquod certe ſubeũdum eſt,minimũ putes? Dices profecto perſuaderi illi,vt tradat exercitum,& ita Cos.ſtat.eſt omnino id eiuſmodi,vt ſi ille eo deſcendat,contradici nihil poſſit:idq; eum,ſi non obtinet vt ratio habeatur retinentis exercitum,non facere miror. Nobis autem,vt quidã putant,nihil eſt timendũ magis q̃ ille Cos.At ſic malo,inquies,q̃ cum exercitu certe.Sed iſtuc ipſum ſit.O magnũ malum,putat aliquis,neq; ei remedium eſt vllum: cedendum eſt,ſi volet id.Vide Cos.illum,iterum,quem vidiſti conſulatu priore.At tum imbecillus plus,inquis,valuit,q̃ tota reſp.Quid nunc putas? Et eo Cos. Pompeio certum eſt eſſe in Hiſpania.O rem miſeram. Siquidem id ipſum deterrimum eſt, quod recuſari non poteſt, & quod ille ſi faciat,iam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum poſſe adduci negant.De reliquis,quod eſt deterrimum? illi cõcedere, quod vt idẽ dicit,impudentiſſime poſtulat.Nam quid impudentius? Tenuiſti prouinciam per decem annos nõ tibi a Senatu,ſed a te ipſo ꝑ vim,& per factionẽ datos.Præteriit tẽpus legitimũ:vt ſuccedatur,decernitur:impedis,& ais,habe mei rationem.habe noſtrum.Exercitũ tu habeas diutius,q̃ populus iuſſit,inuito Senatu?Depugnes oportet,niſi concedis. cum bona quidem ſpe, vt ait idem,vel vincendi,vel in libertate moriendi.Iam ſi pugnãdum eſt,quo tẽpore in caſu, quo conſilio in tẽporibus ſitũ eſt.Itaq; te in ea quęſtione non exerceo.Ad ea quę dixi,affer,ſi quid habes.Equidem dies,noctesq; torqueor. Vale.

T.P.ATTICO.

SVbito conſilium cepi,vt ante q̃ luceret,exirem,ne qui conſpectus fieret, aut ſermo,lictoribus præſertim laureatis. De reliquo, neq; Hercule quid agam, nec acturus quid ſim,ſcio: ita ſum perturbatus temeritate noſtri amentiſſimi conſilii.Tibi vero quid ſuadeam,cuius ipſe conſilium expecto? Cn.noſter quid cõſilii ceperit,capiatve,neſcio:adhuc in oppidis coarctatus, ſed ſtupẽt omnes.Si in Italia conſiſtat,erimus vna. Sin cedet,conſilii res eſt adhuc incerti. Niſi ego inſanio,ſtulte omnia, & incaute agi iudico.Tu quęſo ad me crebro ſcribe,vel q̃d in buccam venerit. Vale.

T.P.ATTICO.

Cingulum tenemus.

